Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

sempit(er)nus d(omi)n(u)s qui creavit terminos terre non deficiet. neq(ue) laborabit. nec est investigatio sapientie ei(us).
qui dat lasso virtute(m) & his qui sunt fortitudine(m) & robur multiplicat. Deficient pueri & laborabunt.
& iuvenes in infirmitate cadent. Hec dic(it). R(esponsorium) P(ro)V(erbi) B(ene)l(et).
A(ntiphona) Tu es qui venturus es domine quem expectamus ut salvum facias populum tuum. A(ntiphona) D(e) V(isita). A(ntiphona) Qui post me venit ante me factus est cuius non sum dignus calciamenta solvere. F(eria) R(esponsorium) VI.
Ego d(omi)n(u)s. primus & novissimus. Viderunt insule & timuerunt. extrema terre obstupuerunt. Appropinquaverunt & accesserunt. unus quisq(ue) p(ro)ximo suo. auxiliabit(ur). & fr(atr)i suo dicet. confortare. Confortavit faber erarius percutiens malleo eum qui cudebat tunc te(m)poris dicens glutino bonu(m) est. & confortavit eu(m) clavis ut n(on) moveat(ur). Et tu isr(ae)l serve meus iacob que(m) elegi semen abraham amici mei. in quo apprehendi te ab extremis terre. & a longinquis ei(us) vocavi te. & dixi tibi. servus meus es tu. elegi te & non abieci te. ne timeas quia tecu(m) sum ego. ne declines. quia ego d(eu)s tuus. Confortatus sum & auxiliatus sum tui. & suscepi te dextera iusti mei. Hec.
Ecce confundentur & erubescent omnes qui pugnant adversum te erunt quasi non sint & peribunt viri qui contra dicunt tibi. Queres eos. & non invenies. Viros rebelles tui erunt quasi n(on) sint & velut consumptio hominis bellantis adversum te. quia ego d(omi)n(u)s d(eu)s tuus adp(re)hendens manu(m) tua(m). dicensq(ue) tibi. Ne timeas. ego adiuvi te. Noli timere vermis iacob. qui mortui estis ex isr(ae)l. ego auxi liatus sum tui. dic(it) d(omi)n(u)s. & rede(m)ptor tuus sanctus isr(ae)l. R(esponsorium) P(ro)V(erbi) G. A(ntiphona) Cantate domino canticum novum laus eius ab extremis terre. A(ntiphona) D(e) V(isita). A(ntiphona) Erumpent montes iocunditatem & colles iustitiam quia lux mundi dominus cum potentia venit.